



## CAPUT PRIMUM.

*De Cephalalgia seu Dolore Capitis.*

1. **E**ST sensatio dolorosa orta à solutione continui in fibris Nervosis seu Membranis Capitis; eaque vel intus vel extra Cranium.

2. Si intus lateat, sentitur dolor ad Radices Oculorum, exterior autem Capitis superficies Molestiæ & doloris expers remanet; si fin autem ad externum tactum dolor sentiatur, tunc extra Cranium hospitatur.

Dividitur etiam in tres species. Prima audit *Cephalalgia* quæ non usque adē inveterata est; ac secunda *Cephalea* quæ *Hæreditaria* & inveterata est, & integrum occupat Caput. Tertia *Hemicrania* quæ unum tantum Capitis latus afficit. Omnes hæ species cum eandem agnoscant Originem, eandem etiam postulant curandi Methodum.

3. In *Causa* sunt disproportionatæ quædam particulae sanguinis, vel lymphæ, quæ cum Membranaceas & Nervosas fibras pervadunt, easdem vellicant & disrumpunt, undè Spiritus ibidem hospitati in Confusionem rediguntur, &c. *Causæ procatarractæ & accidentales* sunt variæ, ut Casus, ictus, fracturæ crani, laboris vel frigoris excessus, abusus sex rerum non naturalium; intemperies Uteri, Stomaci, Mesenterii, &c.

4. Pro diversitate materiæ peccantis variant Dolores vel enim sunt *Punctivi*, *Pulsativi*, *Tensivi*, *Stupefactivi*.

A

Q. e.

## C A P U T I.

¶ *Gc.* In Pungentibus acutis doloribus , Austeræ particulæ in sanguine hærent : in pulsatibus & Tensionibus , Sanguinis Massa nimium biliosa & esaltata existit , unde cum impetu fertur per meatus cerebri ; & cum à subsequentे sanguine antrorsum prematur , præternaturales sibi excudit vias , unde fit solutio Continui ; quo casu si succedat Hemorrhagia Narium , Morbum tollit . In doloribus Stupefactivis , vel excrementa cerebri non debite evacuantur , vel pituitosum viscidum aliquod acidum in vasis hospitatur , eorundem poros obstruens , &c.

§. *Cephalalgia* illa quæ inveterata est & hæreditaria , vel quam comitatur affectio Hypocondriaca , Vertigo , Lues venerea , vel fractura Cranii , difficulter (si unquam) curabitur ; & quo proiectior est ætas , eo pejus se habet : illa autem quæ Sympatica est , seu ex consensu oritur , raro removebitur , nisi prius tollatur Morbus eandem causans , quo demum sublato ipsa cessabit .

(1.) Quod ad Curationem attinet , illa causas respicit ; nam , in dolore Capitis pituitoso tubuli cerebri obstruti sunt referandi ; & viscosi etiam humores evacuandi veniunt . Conducunt in hoc casu omnia Sulphureo-Aromatica , & Volatilia Salina spirituosa & quo magis Cephalica & Arshriticæ sunt , ed magis conveniunt . Cephalica maximè vulgata sunt folia & flores Rorismarii , Pæonia , Beton. Majoran. Lili Conval. Salv. Lavendul. &c. Sin autem Spiritus ab his eliciatur & additis floribus recentibus Spiritus denuò sex vel septem viciibus cohobetur , & deinde addatur quantitas conveniens Oleorum Destillatorum & Salium fixorum : & omnia hæc simul Mixta cum f. q. Salium Volatilium , ut Succin. C.C. Cran. Hum. Sang. Hum. Urina , Fuligin. & similiūm ; si , inquam omnia hæc simul Circulentur & Destillentur , superlativa evadunt Medicamina , in omnibus affectibus soporosis ; referant enim poros cerebri , & obstrunctiones vasorum , propinata in vehiculis Morbum responsivebilibus ; ut & ullum aliud viscus in toto Corpore affectum simili modo deobstruunt : interea dum hæc Salia Volatilia Oleosa exhibentur una cum Stomachicis : ut Semin. Carminat. Cariophyll. Macis . &c. Conducit quin-

*De Dolore Capitis.*

quinto quoque vel sexto die conveniens aliquod <sup>3</sup> Ca-  
tharticum propinare ad humorem Morbificum ex-  
pellendum. Ex. gr.

1. 2f. Pil. Ruff. 3b. Rudii ðj. Sat Succin. Volar.  
gr. iv. Ol. Destillat. Sassafr. Fenicul. aa. gut. iiij. f.  
Pill. pro unica dosi; vel,

2. 2f. Resin. Jalap. g. xiv. Sal. Cran. Human. gr.  
v. Ol. Cynamom. gut. ij. Conserv. Flor. Betonica. ð.  
ij. f. Bolus;

In intervallis purgandi conducunt etiam Absor-  
ventia quædam, ut Cinnab. Nativ. Oc. Cancer. An-  
tim. Diaphoret. &c.

(2.) In Curando dolore Capitis Biliose acredo san-  
guinis & nimius ejusdem calor sunt temperanda  
quo Casu convenit Venæctio, ut & frigida & di-  
luentia, & si deficiat somnus; vel Dolor sit valde  
vehemens, addantur Optara. Ex. grat.

2f. Aq. Cichor. primul. ver aa. 1b. b. Spir. Sal. Dulc.  
q. f. ad gratum saporem, Gemmarum Ros. Rubr.  
3ij. si Tinctura Collaturæ adde Syr. Coral. 3ij. Land.  
Liquid. gut. 60. Dosis 3ij. vel iij. Conveniunt etiam  
Emulsiones & semin. frigid. quæ fiant affundendo aq.  
Lujul. Beton. Ros. Verben. Lil. Conval. &c.

Prodest etiam Purgatio quo Casu exhibend. Pill.  
Lunar. vel;

2f. Elect. Lenitiv. 3j. Pulv. sanct. 3j. Ol. anis. gut. v.  
Spir. Nitr. gut. x. M. Externè conferunt etiam Cu-  
cupha quæ fuit ex herbis & floribus Cephalicis,  
Oleis destillatis, vel Spiritibus mixtis cum Linimentis.

---

## C A P U T II.

*De Epilepsia & Vertagine.*

i. **E**pilepsia est motus Convulsivus omnium partium  
corporis, una cum sensus & motus ( pro  
tempore ) Læsione.

A 2            2. Quan-

## C A P U T II.

2. Quando *Causa* primaria in Cerebro existit, dicitur *Epilepsia Idiopatica*; & quando à Stomacho, Utero, vel partibus externis dependet, dicitur *Sympatica*. Dividitur in *Graven* & *Levem*, *Periodicam* & *Irregularēm*, *Hæreditariam* & *Acquisitam*.

3. Pars affecta est Cerebrum & Genus Nervosum.

4. *Causa* est vitiosa & Acida quædam Lympha quæ cum spiritibus Animalibus copulata eosdem in furorem concitat, & violenter ab invicem separat, &c.

5. *Signa* Quæ in Capite sedem habent sunt *Torpor*, *Dolor* & *Vertigo*; in facie *pallor*, in Lingua *inordinatus motus*, & in mente *timor* & *horror*. Quidam subito in terram prosternuntur, quidam gradatim & pedetentim decidunt, & quidam ex parte tantum cadunt. Plerumque contrahitur Corpus; quidam denique alto addicti silentio horrendos edunt aspectus; maxima tamen pars magno cum strepitu spūnam ex ore ejaculatur.

6. *Epilepsia* difficulter curantur, speciatim si invenetrata & *Idiopathica*, cum paroxismo longo & gravi, & quæ comitantur involuntaria Excrementorum excretio &c. Sed si *Sympatica* sit & non adeò vehemens nec invenetrata, est curabilis, speciatim in pueris, vel ante pubescenciam; sin autem *Hæreditaria* sit, & cessante paroxysmo superstes sit *Delirium*, sola Mors (quoad novimus) levamen adfert.

7. In *Curatione*. Durante paroxismo Consulunt Medici quod altis vociferationibus, stimulationibus, Crinium divulsionibus, frictionibus & Ligaturis excitetur *Æger*. Nos autem raro aliis insistimus Mediis, quam quod Naribus admoveatur Spirit. *Salis Armoniac.* *Succinat*. Vel ore evcipiantur gut. viii, vel x. *Effent Succ.* vel *Caster*: vel exhibeat eorundem *tinctura* in Cochleari uno *Aq.* *Cinamom.* ore nempè vi divulso. Extra paroxismum si ventriculus multis scateat fœditatibus, propinetur *Emeticum*; si *Plethora* adsit fieri posset *venæfæctio*. Utcumque sit, lenis aliqua *Purgatio* bis vel ter per septimanam repetita conferi, cui semper addantur *Cephalica*, ut

De Epilepsia & Vertigine.

1. *2f.* Extract. Rud. *3j.* Resin. Jalap. gr. *iv.* Ol. Rut. Rosmarin. an. gut. *iiij.* fiant Pill. Numero 5. pro unica Dosi.

2. *2f.* Diasen. *3j.* Sal. Volatil. Succin. gr. *iv.* Ol. Cinnamom. gut. *ij.* f. Pul. Et Diebus à purgatione liberis utatur *salibus volat.* Oleof. in Cap. præcedent. præscriptis; idque bis vel ter per diem in vehiculo aliquo appropriato, & quantitate æque larga ac patientis fert Natura. Vel

*2f.* Aq. Lil. Convall. Pion. an. *3iiij.* Spirit. craniit Human. succinat. Tinctoria Castor. aa. *3j.* Syr. è succo Cerasorum. Nigr. an. *3j.* misc. sumat Cochlearia ii. saepius. Omnia Salia Armoniaca multum conferunt, ut & illa Lumbricorum. Terrestr. Stercor. Pavon. Ungul. Alcis; Hirund. &c. Prætereæ quandoque etiam locum sohtinent Alkalæ fixæ quæ acidum absorbent, ut Terra sigill. Oculi canceror. Bezoart. Lunar. & Mineral. præferuntur Cinnabaris & Nativa & Antimonii. Ex. g.

*2f.* Cinnabar. Antimon. *3j.* Visc. Quert. Rad. Pion. Maris Crani Human. Corall. Rubr. an. *3iiij.* Croc. Cinnamom. Castor. aa. *3j.* f. Pulvis subtilissimus. Singulis *3.* add. Sal. Volat. C.C. gr. *vi.* Ol. Salv. gut. *ij.* pro una Dosi. Pro vehiculo utatur aquis destillatis ex Aromaticis supra præscriptis; decoct. Lignorum, Phlegmar. sanguinis, Lumbricorum. Terrestr. Hirundin. &c. plurimum valent, quæ dulcorentur Syrupo aliquo Cephalico qui maximè congruit ægri palato.

Externe Cucupha, vel Emplastræ ex Herbis Cephalicis & Aromaticis utiliter satis applicantur; magis tameñ valent Salia Volat. Oleof. si debite applicentur; & nosmet ipsi experti novimus vesicatoria vertici capitis, & plantis pedum applicata multum fecisse.

Empirica remedia sunt Hepata exsiccatæ Ranarum, Luporum, vel Corvorum, Sang. Fel. vel Secundina Mulerum, vel detrahantur *3iiij.* vel *iv.* sanguinis è brachio ægri, & ebibat calidè.

Anulet a fiunt ex Rad. Pion. Asafoetida, Verben. Ungul. Alc. cran. Human. &c. Si Epilepsia sympatheticæ sit affec-

## C A P U T III.

Etus illi & partes illæ affectæ ex quorum consensu originem trahit, sunt maxima cum cura observanda & curanda.

*Vertigo* est levis *Epilepsia*; undè eandem vendicat Curandi Methodum, & iisdem cedit remediis quibus *Epilepsia*.

## C A P U T III.

*De Convulsionibus.*

1. *Convulsio* est continuata & involuntaria Musculorum Contractio, procedens ab interiori irritatione generis Nervosi.

2. Si totum afficiat corpus dicitur *Tetanus*: si Corpus antrorsum inflectat, dicitur *Emprostorus* si retrorsum, *Opistotonus*: si os contrahat, *Spasmus Cinnicus*, si Maxillam, *Trismus*, &c.

3. *Signa* maximè variantur: nam inter omnes convulsione correptos quos unquam nobis videre contigit, paucissimos observavimus iisdem stipatos signis: quidam huc & illuc agitantur, quidam vociferant, quidam denique vocem edere nequeunt, sed subito illis os contrahitur; quibusdam particulaire aliquod Membrum afficitur, ut *Oculus*, *Lingua*, *Brachium*, *Crus*, &c.

4. *Causa* omnium Convulsionum est inordinatio & explosio Spirituum Animalium, propter Acidum, vel acrem aliquam materiam partes quasdam Systematis Nervosi irritantem.

5. *Convulsiones* plerumque sunt periculosæ: si enim procedant à Vulnere, nimio Hellebori vel *Antimonii* usu, à veneno assumpto, à febre prægressa, à nimiis vigiliis, jejuniis, &c. Ægri in maximo versantur periculo: & si præterea *Convulsio* vehementer urgeat & corripiat linguam, labia, nasum, oculum, partesve vicinas, instat Mors, & incassum ulla adhibentur remedia.

*De Convulsionibus.*

6. Curatio hujus morbi coincidit cum illa Epilepsia,  
nam & in hoc etiam casu conducunt *Cathartica* le-  
viora, *Vesicatoria* (modo urgeat necessitas) *Emetica*,  
ut & *Phlebotomia* quæ omnia (nisi debilitas virium  
vel aliæ circumstantiæ contraindicent) magno cum  
fructu usurpantur: ut & omnia *Salia Volar. Oleosa* quæ  
in superiori capite vel illud præcedente recensui-  
mus) quæ in omnibus *Convulsivis*, *Soporiferis* Morbis  
maximè convenient, quibus etiam maxima cum ef-  
ficacia fomentantur vertebræ Colli, spina Dorli, &  
in spasmo particulari pars contracta; quod remedii  
genus nullatenus negligendum esse prædico: longè  
enim præferenda sunt *Linimentis ex Oleis expressis*,  
seu pinguedine *Anguillarum*, *Anserum*, *Anatum*,  
*Canum*, &c. Sicut frequentissima nobis comproba-  
bit experientia. Ex. gr.

(1.) *2f. Cran. Human. succin. aa. partes aquales*,  
exinde ope destillationis eliciatur *Spiritus*, *Sal*, &  
*Oleum*; cuius *E.B.* add. *Spirit. Rorismarini* *lb. j. Ol.*  
*Cariophyll.* *3B.* *Sal tartari* *lb.B.* *Destil.* *S. A.* Hoc  
vel huic simile externe adhibetur, quod & interne  
assumi potest in vehiculo aliquo *Cephalico*, vel (2.)  
*2f. Ol. Terebinth.* *3vij.* *Succin. alb.* *3j.* *Ol. Vitriol.*  
*3B.* f. *Balsamum* quod separetur ab *Acido* & fæci-  
bus, deinde eodem inungatur *Aeger*, pro *Judicio*  
*Medici*. Sexres non naturales debite & cum ordine  
usurpentur, speciatim autem caveantur passiones *A-*  
*nimi*, *Metus enim*, *Ira*, *Amor*, *Mæror*, &c. sæpè in  
Morbis convulsivis paroxysmum renovant.

Si convulsiones præcedant *febrem*, *variolas*, vel  
*Dentitionem puerorum*, sæpissimè sua sponte cessant.

## CAPUT IV.

### CAPUT IV.

*De Apoplexia.*

1. **A**poplexia est subita Sensus & Motus abolitio, ex qua Ægri ( pro tempore ) quasi exanimis concidunt, nullo vitæ signo superstite nisi sola *respiratione*.

2. Hic Morbus vel subito vel accidentaliter quasi invadit, vel subsequitur morbum aliquem prægressum, ut *Epilepsiam*, *Lethargum*, &c. estque vel *vehemens* & *periculosa*, vel *lenis* & *minus periculosa*.

3. *Causa proxima* est extincio vel profligatio *Spirituum Animalium*, orta à nimia Aciditate *Sanguinis*, vel viscidiori aliqua pituita, poros *Cerebri*, vel ejusdem Nervos infarciente; vel à *Narcoticis fortioribus* vel *Sanguine extravasato*, &c.

4. *Signa*. Durante paroxysmo. Æger somno obruitur, stertorem edit, respiratio est inæqualis & interrupta, imo ( si *paroxismus* valde urgeat ) vix percipi potest; & licet vellicetur, stimuletur & comburatur, omni sensu tamen privatur. Quandoque *paroxismus* est levior, & Æger stupore corripitur paulò majore quam in *Paralisi*.

5. Si *Pulsus* sit debilis, *Respiratio* difficilis uia cuius ronchis, vel si sudores frigidí, stridores, & spuma oris vel saltem major horum pars *Apoplecticum* afficiat, vix unquam liberatur; quod si forsitan contingat *Paralitus* evadit: Si *paroxismus* sit levior, pulsus fortior, & si post *Sanguinis Missionem* levamen sequatur, salutis spe quædam affulget.

6. *Therapeja*. Omnibus nitendum est Mediis ad *Spiritus Animales* vinculis suis expediendos, obstrukiones meatuum removendo, &c. Ægrotus erectus sedeat, manus etiam & Brachia, crura & femora fortiter fricentur; *Sternutatoria* & *Errhina fortiora* Naribus indentantur; vel

*Tina*

*De Apoplexia;*

Tinctura Viper. vel Castor. Mixta cum Ol. Cariophylla  
ori injiciatur; mittatur Sanguis è brachio vel vena  
potius Jugulari, ad Circulationem liberiorem promo-  
vendam, hoc statim levamen adfert, si Sanguis vel  
Lympha Stagnans amoveri possit: Enemata etiam  
acriora injiciantur, que ingrediantur Crocus Metallo-  
rum, Colocynth. Spir. Vin. &c. Emeticum etiam usur-  
petur, speciatim si Narcotica Morbum induxerint. Sed  
in hoc casu ut & in omnibus aliis semper respiciendæ  
sunt ægrotantis Vires. Huc etiam spectant Sulphureo-  
Aromatica, & Spiritus Salino Volatiles, quorum in ca-  
pite præcedente Mentionem fecimus, Vel

2. Spirit. Salv. Rorismar. aa. 3vj. Ol. Cariophyll.  
3. Spir. Cran. Human. Saccinat. 3ij; in quo digere  
Cubeb. Zedoar. Nuc. Muschat. Castor. aa. 3vj. Stene  
per dies aliquot deinde decant. Dosis 3. in Aq. ali-  
qua Apoplectica. Conducunt etiam Alkalia fixa ad

Acidum imbibendum, quibus add. etiam Aromaticas.  
Catartica hic locum habent quæ fiunt ex Extracto  
Colocynth. Hellebor. nigr. Syr. e Rhamno Cathartic. Pilis  
duobus Pill. Rud. & semper add. Castor Sal. Volat  
Cran. Human. Fuliginis Et Vesicatoria etiam & Cucur-  
bitula Scarificat & nucha Collis & Cubitis admoveantur.

---

C A P U T V.

*De Paralyse, Lethargo, Caro, Catalepsie,  
Tremore, & Incubo,*

1. Omnes hi Morbi participant de natura Apople-  
xiæ & solummodo gradu non Essentia distin-  
gunt; eandem etiam agnoscunt Caulam & eandem  
afficiunt partem.

2. Causa horum omnium affectuum est Lympha coagu-  
lata seu quodammodo vitiata vel serum, vel Sanguis ex-  
travasatus, vel similis quedam materia Heterogenea